Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

in principio erat uerbo. et sine hoc uerbo michi committi
tur. simpliciter accipiendo quod dicitur nichil. Ait enim
apostolus. quod sine lege peccatum mortuum erat.
adueniente uero precepto mandatum reuixerit.
Non enim reputatur peccatum lege non existen
te. sed non peccatum erat non existente uerbo. quia quando
minus diceret. Si non uenissem et locutus eis fuissem illis lo
cutus. peccatum non haberent. Quicumque enim excu
satio deficit uolenti dare consilium de continue.
dum uerbo presente ac indicante quid est agen
dum. non obedit quis illi. nec ipse hoc mailhan
dum est uerbum. sicut nec magister per cuius discipli
nam non remanet locus excusationis discipulo
delinquenti. uelud de ignorantia. Omnia ergo
per uerbum facta sunt. non solum naturalia. sed et que a
rationalibus fiunt. Beda.

Quod factum est in ipso uita erat.

Prima euangelista
omnem creatu
ram dixit factam
per uerbum. ne quis for
te crederet mutabilem
eius uoluntatem. quasi
qui subito uellet facere creaturam quam ab
eterno numquam ante fecisset. ideo docere curauit.
factam quidem creaturam in tempore. sed in eterna
creatoris sapientia quando et quos crearet semper fuisse dis
positum. Unde dicit. Quod factum est in ipso uita erat.

Aug. Hoc autem sic pronuntiari. Quod factum
est in illo. et postea dicatur. Uita erat. Ergo
totum uita est. si sic pronuntiauimus. Quid enim
non in illo factum est. Ipse est enim sapientia dei. Et dicitur
in psalmo. omnia in sapientia fecisti. Omnia
ergo sicut per ipsum. ita in illo facta sunt. Si ergo
quod in illo factum est uita est. ergo et terra uita est et la
pis uita est. Inhonestum est sic intelligere. ne
nobis subrepat secta manicheorum. et dicant quod
habet uitam lapis. et habet uitam paries. Solent
enim ista deliramenta dicere. Et cum reprehensi
fuerint et repulsi. quasi de scripturis proferunt dicentes.
Ut quid dictum est. Quod factum est in illo uita erat.
pronuntia ergo sic. Quod factum est. hic subdistingue.
et deinde infer. In ipso uita erat. facta est enim terra.

sed ipsa terra que facta est. non est uita. Est autem in ipsa
sapientia dei spiritualiter ratio quedam qua terra facta est. hec uita
est. Sicut archa in opere non est uita. archa
in arte uita est. quia uiuit anima artificis.
Sic ergo quia sapientia dei per quam facta sunt omnia.
secundum artem continet omnia que fiunt per ipsam
artem. non hec continuo uita sunt. Sed quicquid
factum est. uita est in illo. Orig. Potest autem et sic sub
distingui. sine errore. Quod factum est in ipso. et postea
dicatur. Uita erat. ut sit sensus. Omnia que
per ipsum et in ipso facta sunt. et unum sunt. Sicut
enim hec est in ipso subsistunt causaliter. priusquam sint
in semetipsis effectiue. Sed si quis quomodo et qua
ratione omnia que per uerbum facta sunt in ipso uitaliter
et uniformiter et causaliter subsistunt. accipe exem
pla ex creaturarum natura. Conspice quomodo omnium
rerum quas mundi huius sensibilis globositas com
prehendit. cause simul et uniformiter in isto sole
qui est maximum mundi luminare subsistunt.
quomodo innumerositas herbarum et fructuum in singulis
seminibus simul continetur. quomodo multiplices re
gule in arte artificis unum sunt. et in animo dispo
nentis uiuunt. quomodo infinitus linearum numerus
in uno puncto unum subsistit. Et huiusmodi. naturalia
perspice exempla. ex quibus uelud per phisice theorie
pennas. potius archana uerbi intus acie inspicere. et
quantum datur humanis rationibus uidere quomodo omni
a que per uerbum facta sunt in ipso uiuunt et facta
sunt. Hylari⁹. Ut autem potest legi. In eo enim quod dixe
rat. Sine eo factum est nichil. possit aliquis protractus
dicere. Est aliquid per alium factum quod tamen non sit
sine eo factum. et si aliquid per alium licet non sine eo. iam
non per eum omnia. quia aliud est fecisse. aliud
interuenisse facienti. Enarrat ergo euangelista quod
non sine eo factum sit. dicens. Quod factum est in eo. hoc ergo
non sine eo quod in eo factum est. Iam et id quod in eo factum
est. et per eum factum est. Omnia enim per ipsum et in ipso
creata sunt. In ipso autem creata. quia nascebatur
creator deus. Sed et hoc sine eo nichil factum est. quod tamen in eo
factum est. quia nascens deus uita erat. et qui ui
ta erat. non postea quam natus est. effectus est uita.
Nichil ergo sine eo fiebat. ex huius que in eo fiebant.

fr. ioh.

10 m omel'